quiſq; ⁊ nunc creatur in mūdo ꝑ
parato ⁊ menſe īdeficienti ⁊ lege
inueſtigabili corrupti ſunt moēs
eorum. Et conſideraui ſeculum et
ecce erat periculum ꝓpter cogitati
ones que in eo aduenerunt. Et vi
di ⁊ peperci ei valde ⁊ ſeruaui mi
hi acinū de botro ⁊ plantacōnem
de tribu multa. Pereat ergo mul
titudo q̄ ſine cauſa nata ē ⁊ ſeruet̄
acinꝰ meꝰ ⁊ plantacō mea q̄r cū
multo labore pfeci. Tu autē ſi ad
huc intromittas ſeptē dies alios
ſꝫ nō ieiunabꝭ i eis: ibis i cāpū flo
rū vbi domꝰ nō eſt edificata ⁊ mā
ducabis ſolūmodo de floribꝰ cāpi

⁊ carnem nō guſtabis ⁊ vinū nō
bibes ſed ſolūmodo floꝛes. Deprꝛe
care altiſſimū ſine intermiſſione
⁊ veniã ⁊ loquar tecū. Et pfectus
ſum ſicut dixit mihi in cãpum q̄
vocatur ardath ⁊ ſedi ibi in floꝛi
bus. Et de herbis agri manduca
ui ⁊ facta eſt eſca earū mihi in ſa
turitatē. Et factum ē poſt dies ſep
tem ⁊ ego diſcūbebam ſup̄ fenū
⁊ coꝛ meum iterū turbabat̄ ſicut
⁊ ante. Et apertum eſt os meum ⁊
inchoaui dicere corã altiſſimo et
dixi. O domīe te nobis oſtendēs
oſtēſus es patribus noſtris in de
ſerto q̄d nō calcatur ⁊ infructuo
ſo quãdo erant exeuntes de egip
to ⁊ dicens dixiſti. Tu iſrahel au
di me et ſemē iacob intende ſmo
nib⁹ meis. Ecce enī ego ſemino in
vobis legem meã ⁊ faciet in vobis
fructum et gloꝛificabimini i eo p
ſeculū. Nã patres nr̄i accipiētes
legē non ſeruauerūt et legittima
mea nō cuſtodierūt ⁊ fact⁹ eſt fru
ctus legis nō parens. nec enī po
terat q̄niã tuus erat nã qui acce
perūt perierunt nō cuſtodientes
q̄d in eis ſeminatū fuerat. Et ecce
cōſuetudo eſt ut cū acceperit terra
ſemē vel nauem mare vel vas ali
quod eſcam vel potum cū fuerit
exterminatū id in quo ſeminatū
eſt vel in quod miſſum ē ſimul id
q̄d ſemiatum vel miſſū ē vel que
ſuſcepta ſūt extermiantur ⁊ ſuſce
pta iam nō manēt apud nos. Sz
nobis ſic nō factum eſt. Nos qui
dem q̄ legē accepim⁹ peccãtes peri
uim⁹ ⁊ coꝛ noſtrū quod ſuſcepit
eam. nam lex nō periit ſed permã
ſit in ſuo labore. Et cum loquerer
hec in coꝛde meo reſpexi oculis me
is ⁊ vidi mulierem i dextrã parte
Et ecce hec lugebat ⁊ ploꝛabat cū
voce magna ⁊ aīmo dolebat val
de ⁊ veſtimenta eius diſciſſa ⁊ ci
nis ſup caput eius Et dimiſi cogi
tatus in quib⁹ eram cogitans et
cōuerſus ſum ad eã ⁊ dixi ei. Ut
quid fles ⁊ quid doles animo. Et
dixit ad me. Dimitte me domine
meus ut defleam me ⁊ adiciã do
loꝛem quoniã valde amara ſum
animo ⁊ humiliata ſū valde. Et
dixi ei. Quid paſſa es. Dic mihi.
Et dixit ad me. Sterilis fui ego fa
mula tua ⁊ nō peperi habens mari
tum annis triginta. Ego enī per
ſingulas hoꝛas ⁊ p ſingulos dies
⁊ ãnos triginta hos deprecoꝛ al
tiſſimū nocte ac die Et factum eſt
poſt triginta ãnos exaudiuit me
deus ãcillam tuam ⁊ vidit humi
litatē meã ⁊ attēdit tribulacōni
mee ⁊ dedit mihi filiū. Et iocūda
ta ſum ſup eum valde ego ⁊ vir
meus ⁊ ōnes ciues mei ⁊ honori
ficabam⁹ valde foꝛtē. Et nutriui
eum cū laboꝛe multo ⁊ factum eſt
cum creuiſſet ⁊ veniſſet accipe vx
oꝛē feci diem epuli. Ca. x.

ET factum eſt cū introiſſet fi
lius me⁹ in thalamo ſuo ce
cidit ⁊ moꝛtu⁹ eſt ⁊ euertim⁹ om
nes lumina. Et ſurrexerūt omnes
ciues mei ad cōſolandum me et
q̄eui vſq in alium diem vſq no
cte. Et factum eſt cū ōnes quieuiſ
ſent ut me conſolarent̄ ut q̄eſce
rem ⁊ ſurrexi nocte ⁊ fugi ⁊ veni ſi
cut vides in hoc campo et cogito
iam non reuerti in ciuitatē. ſz hic
cōſiſtere ⁊ neq manducare neq

bibere·ſed ſine intermiſſiōe luge
re ⁊ ieiunare vſq; dū moriar·Et de
reliqui ſermōes in q̄bus erā ⁊ re
ſpōdi cū iracundia ad eā ⁊ dixi·
Stulta ſup ōnes mulieres non vi
des luctū noſtrū ⁊ que nob' ꝯtin
gunt. Quomā ſyon mater noſtrē
ōni triſticia ꝯtriſtatur ⁊ hūilita
te hūiliata eſt ⁊ luget validiſſiē
Et nūc quomā ōnes lugemꝰ ⁊ tri
ſtes ſumꝰ q̄mā ōnes ꝯtriſtati ſu
mꝰ·tu autē ꝯtriſtaris in vno filio
Interroga ei terrā et dicet tibi:q̄
miam hec ē que debeat lugere caſū
tantoꝝ ſup eam germinantiū·Et
ex ipſa ab inicio ōnes nati ⁊ alij
venient·Et ecce pene ōnes in ꝑdi
tionē ambulāt et exterminiū fit
multitudo eoꝝ·Et q̄s ergo debet
lugē magis niſi hec que tā mag
nam multitudinē ꝑdidit:q̄ꝫ tu q̄
ꝓ vno doles. Si autē dicis mihi
quoniam nō ē planctus meus ſi
milis terre:quoniaꝫ fructum ven
tris mei ꝑdidi:quē cū meroribꝰ
peperi ⁊ cū doloribꝰ genui·terra
autē ſcd̄m viaꝫ terre·abijtq; ī ea
multitudo preſēs quomō euenit
⁊ ego tibi dico·Sicut tu cū labore
pepiſti ſic ⁊ terra dat fructū ſuū
homini ab inicio ei q̄ fecit eā Nūc
ergo retine apud temetipſā dolo
reꝫ tuū ⁊ fortiter fer q̄ tibi contige
rūt caſus Si enī iuſtificaueris ter
minū dei ⁊ ꝯſiliū ſuū recipies ī tp̄e
⁊ in talibꝰ collaudaberis·Ingre
dere ergo in ciuitatē ad virū tuuꝫ·
Et dixit ad me·Non faciā neq; in
grediar ciuitateꝫ ſed hic moriar·
Et appoſui adhuc loqui ad eam
⁊ dixi·Noli facere hūc ſermoneꝫ:
ſed ꝯſenti ꝑſuadēti·Quot ei caſus

ſyon. Cōſolare ꝓpter dolorē ihe
ruſalē·Vides enī quomā ſc̄ifica
tio nr̄a deſerta effecta ē ⁊ altare no
ſtrū demolitū ē:⁊ templū nr̄m de
ſtructū ē ⁊ pſalterium nr̄m hūili
atū ē ⁊ ymnꝰ ꝯticuit ⁊ exultatio
nr̄a diſſoluta eſt ⁊ lumen cande
labri nr̄i extinctū ē:⁊ archa teſta
menti noſtri direpta eſt ⁊ ſancta
nr̄a ꝯtaminata ſunt ⁊ nomē qd̄ i
nuocatū eſt ſup nos pene ꝓfanatū
eſt ⁊ liberi noſtri ꝯtumeliā paſſi
ſūt·⁊ ſacerdotes nr̄i ſuccenſi ſūt ⁊
leuite noſtri in captiuitatem abie
runt et virgines noſtre coinqui
nate ſūt·Et mulieres noſtre vim
paſſe ſunt ⁊ iuſti noſtri rapti ſūt
⁊ paruuli noſtri perditi ſunt:⁊ iu
uenes nr̄i ſeruierunt et fortes no
ſtri inualidi facti ſūt Et quod om
nium maius ſigillum ſyon: q̄m
am reſignata ē de gloria ſua·Naꝫ
⁊ tradita ē in manibꝰ eoꝝ q̄ nos
oderūt·Tu ergo excute tuā triſti
ciam multā ⁊ depone abs te mul
titudinē dolorū ut tibi repropicie
tur fortis ⁊ requiē faciet tibi altiſ
ſimꝰ req̄eꝯ ex laborum·Et factum
ē cum loquebar ad eā facies eius
fulgebat ſubito ⁊ ſpecies choruſcꝰ
fiebat viſus eius ut eſſeꝫ pauēs
valde ad eā ⁊ cogitarem quid eēt
hoc·Et ecce ſubito emiſit ſonitum
vocis magnum timore plenum:
ut cōmoueretur terra a mulieris
ſono·Et vidi ⁊ ecce amplius mu
lier non comparebat mihi ſed ci
uitas edificabatur ⁊ locus demō
ſtrabatur de fundamentis mag
nis ⁊ timui ⁊ clamaui voce mag
na et dixi·Vbi ē huriel angelus
qui a principio venit ad me.

Quoniã ipſe me fecit venire ĩ mul
titudĩe in exceſſu mentis huius.
Et factꝰ eſt finis meꝰ in corrupcõ
nem ⁊ oracõ mea in impropetiũ.
Et cũ eſſem loquẽs ego hec ecce ve
nit ad me ⁊ vidit me. Et ecce eraz
poſitus ut mortuꝰ ⁊ intellectꝰ meꝰ
alienatus erat. Et tenuit dexterã
meam ⁊ confortauit me ⁊ ſtatuit
me ſup pedes meos. Et dixit mihi.
Quid tibi ẽ ⁊ quare ↄturbatus ẽ
intellectꝰ tuus ⁊ ſenſus cordis tui
⁊ quare ↄturbaris. Et dixi. Quo
niã dereliqſti me. Et ego quidez fe
ci ſm ſermones tuos et exiui ĩ cã
pum ⁊ ecce vidi ⁊ video qđ non
poſſum enarrare. Et dixit ad me.
Sta ut vir ⁊ cõmonebo te. Et dixi
loquere dñe meꝰ tu ĩ me. Noli me
derelinquere ut nõ fruſtrã moriar
qm̃ vidi que nõ ſciebã ⁊ audio
q̃ nõ ſcio. Aut nunqđ ſenſus me
us fallitur ⁊ aĩma mea ſupmat.
Nunc ergo deprecor te ut demon
ſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc. Et
rñdit ad me ⁊ dixit. Audi me ⁊ do
ceam te ⁊ dicam tibi de quibꝰ tĩes
quoniã altiſſimꝰ reuelauit tibi mi
ſteria multa. Vidit rectã viam tu
am qm̃ ſine intermiſſione contri
ſtabaris ꝓ populo tuo et valde
lugebas ꝓpter ſyon. Hic ergo in
tellectꝰ viſiõis que tibi apparuit
ante paululũ. Quã vidiſti lugen
tẽ ĩchoaſti ↄſolari eam. nunc ãt
iã ſpeciẽ mulieris nõ vides. ſʒ ap
paruit tibi ciuitas edificari ⁊ qm̃
enarrabat tibi de caſu filij ſui Hec
abſolucõ ẽ. Hec mulier quã vidi
ſti hec eſt ſyon: ⁊ quoniã dixit ti
bi quã ⁊ nunc cõſpicies ut ciuita
tez edificatam. Et qm̃ dixit tibi ꝙ
ſterilis fuit annis triginta: ꝓpter
qđ erant ãni ſcʒ triginta quando
non eãt in ea adhuc oblatio ab
lata. Et factum ẽ poſt ãnos trigin
ta edificauit ſalomõ ciuitatem ⁊
obtulit oblaciões tunc fuit quã
do peperit ſterilis filiuz. Et ꝙ tibi
dixit quoniã nutriuit eum cuʒ la
bore hoc erat habitatio in ihrlm
Et quoniã dixit tibi ꝙ filiꝰ meus
veniens in ſuo thalamo mortuꝰ
eſſʒ ⁊ ↄtigiſſet ei caſus hoc erat q̃
facta eſt ruina iheruſalem. Et ecce
vidiſti ſimilitudĩez eiꝰ ⁊ quoniaz
filiũ lugeret inchoaſti conſolari
eaʒ ⁊ de hijs q̃ ↄtigerunt hec erãt
tibi aperienda. Et nunc videt altiſ
ſimꝰ quoniã ex aĩo contriſtatꝰ
es ⁊ quoniã ex toto corde pateris
ꝓ ea oſtendit tibi claritatẽ glorie
eius ⁊ pulchritudĩem decoris eiꝰ
Propterea eñ dixi tibi ut mane
res in campo vbi domꝰ nõ eſt edi
ficata. Sciebam eñ ego qm̃ altiſ
ſimꝰ ĩcipiebat tibi oñdere hec. ꝓp
terea dixi tibi ut venires in agruz
vbi nõ eſt fundamentũ edificij.
Nec eñ poterat opus edificij ho
minis ſuſtineri in loco vbi incipi
ebatur altiſſimi ciuitas oſtendi.
Tu ḡ noli timẽ neqȝ expaueſcat
cor tuũ ſʒ ingredẽ ⁊ vide ſplendorẽ
⁊ magnitudĩez edificij quãtũ ea
par ẽ tibi viſu ocloꝝ videẽ ⁊ poſt hec
audies qñtũ capit auditꝰ auriũ
tuarũ audire Tu eñ btũs es p̃ ml
tis ⁊ vocatus es apud altiſſimuz
ſicut ⁊ pauci. Nocte autem que ĩ
craſtinũ futura eſt manebis hic
⁊ oſtendet tibi altiſſimꝰ eas viſio
nes ſupmoꝝ que faciet altiſſimꝰ
hijs qui habitant ſuper terraʒ a

nouiſſimis diebꝰ·Et dormiui illā
noctē ⁊ aliā ſicut dixerat mihi·:
Et vidi ſōnium Ca·xi·
⁊ ecce aſcēdebat de mari aq̄
la cui erant duodecī ale pēnarum
⁊ capita tria·Et vidi et ecce expā
debat alas ſuas in ōnem terrā ⁊
ōnes venti celi inſufflabāt in eaꝫ
⁊ colligebātur·Et vidi ⁊ de pēnis
eius naſcebantᷓ cōtrarie penne:⁊
ipē fiebāt in pennaculis minutis
⁊ modicis·Nā capita eiꝰ erant q̄
eſcētia ⁊ dimidiū caput erat ma
ius alioꝝ capitū ſꝫ ipſa q̄eſcebat
cū eis·Et vidi ⁊ ecce aquila vola
uit in pennis ſuis ⁊ regnauit ſup
terrā ⁊ ſup eos qui habitāt i ea·
Et vidi quoniā ſubiecta erant ei
ōnia ſub celo ⁊ nemo illi cōtradi
cebat neq̧ vnꝰ de creatura q̄ eſt ſu
p terrā·Et vidi ⁊ ecce ſurrexit aq̄
la ſup vngues ſuos et miſit vocē
pennis ſuis dicēs·Nolite ōnes ſiľ
vigilare:dormite vnꝰ q̄ſq̧ in loco
ſuo ⁊ per tps vigilate Capita aūt
in nouiſſimo ſeruentᷓ·Et vidi ⁊ ec
ce vox nō exibat de capitibꝰ eius
ſed de medietate corpis eiꝰ·Et nu
meraui cōtrarias pēnas eius et
ecce ipſe erāt octo·Et vidi et ecce
a dextera parte ſurrexit vna pēna
⁊ regnauit ſup ōnem terrā·Et fa
ctū eſt cum regn̄aret venit ei finis ⁊
non apparuit locus eius ⁊ ſeq̄ns
exurrexit ⁊ regnabat·Ipſa mul
tū tenuit tēpꝰ·Et factū eſt cū reg
naret ⁊ veniebat finis eius ut nō
appareret ſicut pͦor ⁊ ecce vox emiſ
ſa eſt illi dicēs·Audi tu que tāto
tpe tenuiſti terrā·Hec annūcio
tibi añq̄ incipias non apparere·
Nemo poſt te tenebit tēpꝰ tuū ſꝫ

nec dimidiū eius·Et leuauit ēcia
⁊ tenuit pͥcipatum ſicut et prio
res ⁊ nō apparuit ⁊ ipſa·Et ſic cō
tingebat ōmbus alijs ſingulatī
principatū gerere ⁊ iterum nuſq̄
cōparere·Et vidi ⁊ ecce in tēpore:
ſeq̄ntes penne erigebātur a dexte
ra parte ut tenerent ⁊ ipē pͥcipa
tuꝫ ⁊ ex hijs erant q̄ tenebant·ſꝫ
tamē ſtatim nō cōpareſcebāt:nā
⁊ aliq̄ ex eis erigebātur·ſed n̄
tenebāt principatū·Et vidi poſt
hec ⁊ ecce nō cōparuerūt duode
cim penne ⁊ duo pennacula ⁊ ni
hil ſupeāt in corpe aquile n̄ duo
capita quieſcētia ⁊ ſex pēnacula
Et vidi ⁊ ecce ſex pennaculis diui
ſe ſūt due ⁊ manſerūt ſub capite
qđ eſt ad dexterā ptem·Naꝫ q̄tu
or māſerūt in loco ſuo·Et vidi et
ecce hec ſubalares cogitabant ſe
erigere ⁊ tenere pͥcipatus·Et vi
di ⁊ vna erecta eſt ſed ſtatī nō cō
paruit·Et ſecūde velocius q̄ prio
res nō cōpuerunt·Et vidi ⁊ ecce
due que ſupauerūt apud ſemet
ipās cogitabāt ⁊ ipē regnare et i
eo cū cogitarent·ecce vnū q̄eſcen
tium capitū qđ erat mediū euigi
labat·Hoc enī erat duoꝝ capitū
maius·Et vidi quoniā ↄpleta ſūt
duo capita ſecū:⁊ ecce conuerſū ē
caput cū hijs q̄ cum eo erāt ⁊ co
medit duas ſubalares q̄ cogita
bant regnare·Hoc autē caput p
cōterruit ōneꝫ terrā ⁊ dn̄abatur
in ea hijs qui habitant terram
cum labore multo ⁊ potentatū te
nuit orbis terrarū ſuper omnes
alas que fuerunt Et vidi poſt hec
⁊ ecce mediū caput ſubito n̄ ↄpa
ruit ⁊ hꝰ ſic ale Supauerūt āt duo

capita que ⁊ ipa ſimilr̃ regnaue
rũt ſup terram ⁊ ſup eos q̃ habi
tant ĩ ea. Et vidi ⁊ ecce deuoꝛauit
caput a dextera pte illud quod a
leua. Et audiui vocẽ dicentem m̃.
Conſpice cõtra te ⁊ conſidera qđ
vides. Et vidi ⁊ ecce ſicut leo con
citatus de ſilua rugiẽs ⁊ vidi quo
niaʒ emittebat vocẽ hominis ad
aquilaʒ. Et dixit dicens. Audi tu:
⁊ loquar ad te ⁊ dicit altiſſimus
tibi. Nonne tu es qui ſupaſti de q̃
tuoꝛ aĩalibus que fecerã regna
re in ſeculo meo ⁊ ut per eos veni
ret finis tempoꝛũ eoꝛũ. Et quar
tus veniẽs deuicit õnia aĩalia q̃
tranſierũt ⁊ potẽtatu tenuit ſecu
lum cũ tremoꝛe multo ⁊ õnẽ orbẽ
cum laboꝛẽ peſſimo ⁊ inhabitauit
tot tempoꝛib9 oꝛbem terrarũ cum
dolo. Et iudicaſti terrã non cuʒ ve
ritate. Tribulaſti enĩ mãſuetos
⁊ leſiſti quieſcẽtes ⁊ dilexiſti mẽ
daces ⁊ deſtruxiſti habitaciones
eoꝛũ qui fructificabãt ⁊ humilia
ſti muros eoꝛũ q̃ te non nocuerũt
Et aſcendit ↄtumelia tua ad altiſ
ſimũ ⁊ ſupbia tua ad foꝛtem. Et re
ſpexit altiſſim9 ſupba tempa ⁊ ec
ce finita ſunt ⁊ ſcelera eius ↄpleta
ſunt. Propterea non appareas tu
aq̃la ⁊ ale tue hoꝛribiles ⁊ penna
cula tua peſſima ⁊ capita tua ma
ligna ⁊ vngues tui peſſimi ⁊ õne
coꝛp9 tuum vanũ vti refrigeretur
omnis terra ⁊ reuertatur liberata
de tua vi ⁊ ſperet iudicium ⁊ miſe
ricoꝛdiã ei9 q̃ fecit eaʒ. Ca. xij.
Et factum eſt dum loq̃retur
leo verba hec ad aquilã ⁊ vi
di ⁊ ecce ꝙ ſupauerat caput ⁊ nõ
cõparuerunt quatuoꝛ ale ille que

ad eum tranſierũt ⁊ erecte ſũt ut
regnarent ⁊ erat regnũ eoꝝ exile
⁊ tumultu plenum. Et vidi ⁊ ecce
ipſa nõ apparebãt ⁊ õne coꝛpus
aquile incendebatur ⁊ expaueſce
bat terra valde. Et ego a tumultu
⁊ exceſſu mentis ⁊ a magno tioꝛe
vigilaui ⁊ dixi ſpũi meo. Ecce tu p̃
ſtitiſti mihi hoc in eo ꝙ ſcrutaris
vias altiſſimi. Ecce adhuc fatiga
tus ſum aĩo ⁊ ſpũ meo inualid9
ſum valde ⁊ nec modica eſt ĩ me
virtus a multo timoꝛe q̃ expaui
nocte hac. Nunc ergo oꝛabo altiſ
ſimũ ut me cõfoꝛtet vſq; in finem
Et dixi. Dñatoꝛ dñe ſi inueni gr̃ci
aʒ ante oculos tuos ⁊ ſi iuſtifica
tus ſũ ante te pre multis ⁊ ſi certe
aſcendit depcacõ mea añ faciez
tuam: ↄfoꝛta me ⁊ oñde ſeruo tuo
mihi interp̃tacõeʒ ⁊ diſtinctõem
viſus hoꝛribil' hui9 ut pleniſſime
conſoleris aĩaʒ meã. Dignũ enĩ
me habuiſti oñdere mihi tẽpoꝛuʒ
nouiſſima. Et dixit ad me. Hec ẽ
interp̃tacõ viſiõis hui9. Aquilaʒ
quã vidiſti aſcendentem de mari
hoc eſt regnũ qđ viſũ eſt ĩn viſio
ne danieli frĩ tuo. Sed nõ eſt illi
interpretatũ: qm̃ ego nunc tibi ĩ
terpretoꝛ. Ecce dies veniũt ⁊ exur
get regnuʒ ſup terrã ⁊ erit timoꝛ
acrioꝛ õnium r̃gnoꝝ que fuerũt
ante eũ. Regnabũt autẽʒ in ea re
ges duodecĩ vn9 poſt vnũ. Nã ſe
cũd9 incipiet regnare ⁊ ipſe tẽbit
ampli9 tẽp9 pre duodecĩ. Hec eſt
interp̃tatio duodecĩ alarũ quas
vidiſti. Et quã audiſti voceʒ que
locuta eſt nõ de capitib9 ei9 exeun
tẽ. ſʒ de medio coꝛpoꝛe eius hec eſt
interp̃tatio. Qm̃ poſt temp9 regni

illius naſcētur cōtentiōes nō mo
dice: ⁊ piditabit ut cadat ⁊ nō ca
det tūc. ſed iterū conſtituet in ſuū
iniciū Et quoniā vidiſti ſb alares
octo coherentes alis eiꝰ hec eſt in
terp̄tatio. Exurgēt in ipſo octo re
ges quorū erūt tempora leuia et
anni citati ⁊ duo quidē ex ipſis pi
ent. Appropinquāte autē tpe me
dio quatuor ſeruabūtur ī tpe cuꝫ
incipiet appropinq̄re tēpꝰ eiꝰ ut fi
niatur. Due vero in fine ſeruabū
tur. Et quoniā vidiſti tria capita
quieſcentia: hec eſt interp̄tatio.
In nouiſſimis eiꝰ ſuſcitabit altiſ
ſimꝰ tria regna: ⁊ reuocabit in ea
multa ⁊ dn̄abuntur terrā ⁊ q̄ ha
bitant in ea cū labore multo ſuper
omnes qui fuerūt añ hos. Propter
hoc ipſi vocati ſūt capita aq̄le. Iſti
enī erūt qui recapitulabūt impi
etates eius ⁊ qui pficient nouiſſi
ma eiꝰ. Et quoniaꝫ vidiſti caput
maius nō apparens: hec eſt inter
p̄tatio eiꝰ Quoniā vnꝰ ex eis ſup
lectū ſuū morietur ⁊ tn̄ cū tormen
tis. Nam duo qui pſeuerauerint
gladiꝰ eos comedet Vnꝰ enī gla
dius comedet q̄ cū eo ſed tamē ꝫ
gladio in nouiſſimis cadet. Et q̄
niā vidiſti duas ſb alares traiciē
tes ſup caput qđ eſt ī dextera par
te: hec eſt interp̄tatio. Hij ſūt q̄s
conſeruauit altiſſimꝰ in fineꝫ ſuū
hoc eſt regnū exile ⁊ turba cōmis
plenū. Sicut vidiſti et leonē quē
vidiſti de ſilua euigilantē ⁊ rugiē
tem ⁊ loquētem ad aq̄lam ⁊ argu
entē eaꝫ. ⁊ iniuſticias ipiꝰ p omnes
ſermōes eius ſicut audiſti: hic ē
ventus quē ſeruauit altiſſimꝰ in fi
nem ad eos ⁊ impietates ipoꝵ:

arguet illos ⁊ incuciet corā ipſis
cerpciōes eorū. Statuet enī eos ī
iudiciū viuos ⁊ erit cum arguet
eos tunc corripiet eos. Nā reſidu
um pplm meū liberabit cū miſeria
qui ſaluati ſūt ſup fines meos: et
iocūdabit eos quoadusq̄ veniet
finis dies iudicij de quo locutus
ſū tibi ab inicio. Hoc ſōnium qđ
vidiſti ⁊ hee interp̄tationes. Tu
ergo ſolus dignꝰ fuiſti ſcire altiſ
ſimi ſecretū hoc Scribe ergo ōmia
iſta ī libro que vidiſti ⁊ pone ea
in loco abſcōdito ⁊ docebis ea ſa
piētes de populo tuo quoꝵ corda
ſcis poſſe capere ⁊ ſeruare ſecreta
hec Tu aūt adhuc ſuſtine ꝫ alios
dies ſeptē ut tibi oñdatur q̄cq̄d
viſū fuerit altiſſimo oñdere tibi.
Et pfectꝰ eſt a me. Et factū eſt cuꝫ
audiſſet ōmis populꝰ quoniā per
tranſierūt ſeptē dies ⁊ ego nō fu
iſſem reuerſus in ciuitatē ⁊ ꝯgrega
uit ſe ōmis a minimo vſq̄ ad maxi
mū ⁊ venit ad me ⁊ dixerūt m̄ di
cētes Quid peccauimꝰ tibi ⁊ q̄d ī
iuſte egimꝰ in te qm̄ derelinquēs
nos sediſti in loco hoc. Tu ei no
bis ſupes ſolus ex ōmibꝰ popul'
ſicut botrus de vinea ⁊ ſicut lucer
na in loco obſcuro ⁊ ſic portꝰ ⁊ na
uis ſaluata a tēpeſtate. Aut nō ſuf
ficiūt nob' mala q̄ ꝯtigūt. Si ḡ tu
nos dereliq̄ris q̄nto nob' erat me
lius ſi cremus ſuccenſi ⁊ nos cum
incendio ſyon. Nec enim nos me
liores ſumꝰ eorum qui ibi mortui
ſūt. Et plorauerunt voce magna
Et r̄ndi ad eos ⁊ dixi. Confide iſrl'
⁊ noli triſtari tu domꝰ iacob. Eſt
enim memoria veſtri coraꝫ altiſſi
mo et fortis nō eſt oblitus veſtri

in tēptacōne. Ego enim nō dereli
qui vos neqꝫ exceſſi a vobis. ſꝫ veni
in hunc locum ut dep̄carer p deſo
lacōne ſyon: ut quererez miſericor
diaz p humilitate ſāctificacōis ve
ſtre. Et nunc ite vnuſquiſqꝫ vēm
in domū ſuaz ⁊ ego veniaz ad vos
poſt dies iſtos. Et pfectus eſt po
pulꝰ ſicut dixi ei in ciuitatez. Ego au
tez ſedi in campo ſeptē diebꝰ ſicut
mihi mādauit ⁊ māducabaz de
floribꝰ ſolūmodo agri. de herb̄ fa
cta eſt eſca mihi in diebꝰ illis.

ET factū eſt Ca. xiij.
poſt dies ſeptē et ſomniaui
ſomniū nocte. Et ecce de mari ventꝰ
exurgebat ut ꝯturbaret ōnes flu
ctꝰ eius. Et vidi ⁊ ecce ꝯualeſcebat
ille homo cum milibus celi ⁊ vbi
vultū ſuū vertebat ut ꝯſideraret
tremebant ōnia que ſub eo vide
bant̄ ⁊ vbicūqꝫ exibat vox de ore
eiꝰ ardeſcebāt ōnes q̄ audiebant
voces eiꝰ ſicut quieſcit terra qū ſē
ſerit ignez. Et vidi poſt hec ⁊ ecce
ꝯgregabat̄ multitudo hoīm quo
rū non erat nūerꝰ de q̄tuor ventis
celi ut debellarent hoīez q̄ aſcēde
rat de mari. Et vidi ⁊ ecce ſibimet
ipſi ſculpſerat montē magnū et
volauit ſup eū. Ego autez q̄ſiui vi
dere regiōez vel locū vñ ſculptꝰ eſ
ſet mōs ⁊ nō potui. Et poſt hec vi
di ⁊ ecce oēs q̄ ꝯgregati ſūt ad eū
ut expugnarēt eū timebāt valde
tn̄ audebāt pugnare. Et ecce ut vi
dit impetū multitudis veniētis ñ
leuauit manū ſuā neqꝫ frameā te
nebat. neqꝫ aliqd̄ vas bellicoſū ñ
ſolūmō ut vidi. quomā emiſit de
ore ſuo ſicͭ flatū ignis ⁊ de labijs
eiꝰ ſpūs flāme. ⁊ de ligua eiꝰ emit
tebat ſcintillās ⁊ tēpeſtates ⁊ ꝯ
mixta ſūt omnia ſimul hic flatus
ignis ⁊ ſpūs flāme. ⁊ multitudo
tempeſtatis ⁊ ꝯcidit ſup multitu
dinem in impetu q̄ pata erat pug
re et ſuccendit ōnes: ut ſubito nl
videret̄ de innūerabili multitudie
niſi ſolūmō puluis ⁊ fumi odor. Et
vidi ⁊ extimui. Et poſt hec vidi ip
ſū hoīem deſcendētez de mōte ⁊ vo
cantē ad ſe multitudiez aliā paci
ficā: ⁊ accedebat ad eū vultꝰ hoīz
multoꝝ quorūdaz gaudētiū. quo
rūdā triſtātiū. aliqui vero alliga
ti. aliqui adducētes ex eis q̄ offe
rebant̄. Et egrotaui a multitudie
pauoris ⁊ expgefactꝰ ſū ⁊ dixi Tu
ab initꝯ demōſtrāſti ſeruo tuo mi
rabilia hec ⁊ dignū me habuiſti
ut ſuſcipes deprecacōnem meā et
nunc demonſtra mihi adhuc int̄
p̄tacōem ſōnij huiꝰ Sicut eni exi
ſtimo in ſēſu meo ve qui derelicti
fuerūt in diebꝰ illis. Et multo plꝰ
ve hijs q̄ nō ſūt derelicti. Qui eni
non ſūt derelicti triſtes erāt. Intel
ligo nūc que ſūt repoſita in nouiſ
ſimis diebꝰ et occurrent eis. ſꝫ et
hijs qui derelicti ſūt. Propt̄ hoc
venerūt ei in pericula magna ⁊ ne
ceſſitates ml̄tas ſicut oñdunt ſō
nia hec. Attamē facilꝰ eſt pidirā
tē venire in hūc q̄ꝑ ptrāſire ſicut
nubem a ſeculo ⁊ nūc videre q̄ ꝯ
tingūt in nouiſſimo. Et rūdit ad
me ⁊ dixit. Et viſionis interp̄taci
onez dicā tibi ⁊ de quibꝰ locutꝰ es
adaperiā tibi. Quomā de hijs di
xiſti qui derelicti ſūt hec ē interpre
tacō. Qui aufert piculū illo tēpoē
hic ſe cuſtodiuit. Qui in piculo i
ciderūt hij ſūt qui habēt opera et

fidem ad fortiſſimū. Scito ergo q̄
nīā magis beatificati ſūt qui dere
licti ſup eos qui mortui ſūt. Hec ī
terp̄tacões viſionis. Quia vidiſti
virū aſcēdentē de corde maris ipſe
eſt quē cōſeruat altiſſim⁹ multis
tpib⁹ q̄ p ſemetipſū liberabit cre
aturā ſuā ⁊ ipſe diſponet q̄ dereli
cti ſunt. Et quoniā vidiſti de ore
eius exire ut ſpm̄ ⁊ ignem ⁊ tēpe
ſtatē ⁊ q̄m̄ nō tenebat frameam
neq; vas bellico ſū. corrupit enim
impetus ei⁹ multitudinē q̄ vene
rat expugn̄re eū: hec eſt interp̄ta
tio. Ecce dies veniūt quādo incipi
et altiſſim⁹ liberare eos q̄ ſup ter
rā ſunt ⁊ veniet in exceſſu mentis
ſup eos qui inhabitant terram.
Et alij alios cogitabūt debellare:
ciuitas ciuitatē ⁊ locus locū ⁊ gēs
aduerſus gentē ⁊ regnū aduer
ſus regnū. Et erit cū fiēt hec ⁊ con
tingent ſigna q̄ ante oñdi tibi ⁊
tunc reuelabitur fili⁹ me⁹ quē vi
diſti ut virū aſcendētē. Et erit q̄n̄
audierint ōnes gentes vocē eius
⁊ derelinquet vn⁹quiſq; ī regiōe
ſua bellū ſuū qd̄ habēt ad alteru
trū ⁊ colligetur in vnū multitudo
innūerabilis ſicut volentes veni
re ⁊ expugn̄re eum. Ipſe autē ſta
bit ſup cacumen mōtis ſyon. Sy
on autē veniet ⁊ oñdetur ōmibus
parata ⁊ edificata ſicut vidiſti mō
tē ſculpi ſine manib⁹. Ipſe autē
fili⁹ meus arguet q̄ adinuenerūt
gentes impietates eorū has que
tēpeſtati appropinquauerūt ꝓpter
mala cogitamēta eorū ⁊ cruciamē
ta quib⁹ incipiēt cruciari q̄ aſſimi
late ſunt flāme ⁊ pdet eos ſine la
bore p legē q̄ igni aſſimilata ē. Et

q̄m̄ vidiſti eū colligētē ad ſe aliā
multitudinē pacificā: hee ſūt decē
trib⁹ que captiue facte ſunt de ter
ra ſua in dieb⁹ oſee rḡis quē cap
tiuū duxit ſalmanaſar rex aſſirio
rū ⁊ tranſtulit eos trās flumen
⁊ tranſlati ſunt in terrā aliā. Ipi
autē ſibi dederūt cōſilium hoc ut
derelinquerent multitudinē gēti
um ⁊ pficiſcerentur in vlteriorem
regionē vbi nunq̄ inhabitauit
gen⁹ hūanū vel ibi obſuarē legit
tima ſua que nō fuerāt ſeruātes
in regione ſua. Per introitus aūt
anguſtos fluminis eufraten intro
ierūt. Fecit eīn eis tunc altiſſim⁹
ſigna ⁊ ſtatuit venas fluminis vſ
quequo tranſirent. Per eā eni rḡi
onem erat via multa itineris an
ni vni⁹ ⁊ dimidij nā regio illa vo
catur arſareth. Tūc inhitauerūt
ibi vſq; in nouiſſimo tp̄e ⁊ nunc
iterū cū ceperint venire iterū altiſſi
m⁹ ſtatuet venas fluminis ut poſ
ſint trāſire: ꝓpter hec vidiſti mul
titudinē cū pace. Sz ⁊ qui derelicti
ſunt de populo tuo hij ſunt q̄ iue
niūtur intra terminū meū. Factū
erit ergo quādo incipiet pdē mul
titudinē eaꝝ que collecte ſunt gē
tes ꝓteget eos q̄ ſupauerūt ꝑplm ⁊
tūc oñdet eis multa plurima por
tēta. Et dixi ego. Dn̄ator dn̄e hoc
mihi oñde ꝓpter qd̄ vidi virū aſ
cēdentē de corde maris. Et dixit m̄.
Sicut nō potes hec vel ſcrutari vel
ſcire que ſūt in pfundo maris: ſic
non poterit quiſq; ſup terrā vide
re filiū meū vel eos qui cū eo ſūt
n̄ in tp̄e diei. Hec ē interp̄tacō ſō
nij qd̄ vidiſti ⁊ ꝑpt qd̄ illuīat⁹ es
tu ſol⁹. Dereliq̄ſti ei tuam ⁊ circa

meã vacaſti legẽ ⁊ queſiſti. Vi
tam enĩ tuã diſpoſuiſti in ſapien
cia ⁊ ſenſum tuũ vocaſti matrem
Et ꝓpter hoc oſtendi tibi merces
apud altiſſimũ. Erit enim poſtꝰ ali
os tres dies ad te alia loquar: et
exponã tibi grauia et mirabilia.
Et ꝓfectꝰ ſum ⁊ trãſij in campum
multũ glorificãs ⁊ laudans altiſ
ſimũ de mirabilibꝰ que ꝑ tẽpꝰ fa
ciebat ⁊ quoniã gubnat ipſũ ⁊
que ſũt in tẽporibꝰ illata. Et ſedi
ibi tribꝰ diebꝰ. Ca. xiiij.
ET factum eſt tercio die ⁊ ego
ſedebam ſup quercu. Et ecce
vox exiuit contra me de rubo ⁊ dix
it. Eſdra eſdra. Et dixi. Ecce ego
dñe. Et ſurrexi ſup pedes meos. Et
dixit ad me Reuelãs reuelatꝰ ſum
ſuper rubũ ⁊ locutus ſum moyſi
quando ꝑplus meꝰ ſeruiebat in
egipto ⁊ miſi eũ ⁊ eduxi populũ
meũ de egipto ⁊ adduxi eũ ſuper
mõtẽ ſyna: ⁊ detinebã eũ apd me
diebꝫ multis ⁊ enarraui ei mira
bilia multa ⁊ oſtẽdi ei tẽporũ ſecre
ta ⁊ finẽ ⁊ precepi ei dicẽs. Hec in
palã facies verba ⁊ hec abſcon
des Et nũc tibi dico ſigna q̃ demõ
ſtraui ⁊ ſõnia que vidiſti ⁊ inter
pretacões q̃s tu vidiſti in corde
tuo repone ea Tu enĩ recipieris ab
õibꝫ cõuerteris reſiduꝰ cũ conſi
lio meo ⁊ cũ ſimilibꝫ tuis vſque q̃
finiant̃ tpa. Quoniã ſeculũ perdi
dit iuuentutẽ ſuã ⁊ tpa appropin
quãt ſeneſcẽ. Duodecĩ enĩ parti
bꝫ diuiſũ eſt ſeculũ ⁊ trãſierũt eiꝰ
decima ⁊ dimidiũ decime ptis ſup
ſunt autẽ eius poſt mediũ decime
ptis. Nũc ergo diſpone domũ tu
am ⁊ corripe populũ tuũ ⁊ ꝯſolaẽ
humiles eorũ ⁊ renuntia iã corrup
tele ⁊ dimitte abs te mortales cogi
taciões ⁊ ꝓice abs te pondera hu
mana ⁊ exue te iã infirmã naturã
⁊ repone in vnã ptẽ moleſtiſſiã ti
bi cogitamẽta ⁊ feſtina tranſmigra
re a tẽporibꝫ hijs. Que enĩ vidiſti
nũc ꝯtigiſſe mala iterũ horũ deteri
ora faciẽt. Quantum enĩ inualidũ fi
et ſeculũ a ſenectute tãtũ multipli
cabũtur ſup inhitantes mala. ꝓ
longauit enĩ ſe magis veritas et
appropinquit mẽdaciũ. Jam enĩ
feſtinat venire quã vidiſti viſio
nẽ. Et rñdi ⁊ dixi corã te domine.
Ecce enim ego abibo ſicut p̄cepiſti
m̃ ⁊ corripiã preſẽtẽ populũ. Qui
autẽ iterũ nati fuerint q̇s ꝯmoue
bit. Poſitũ ẽ ergo ſeculũ in tene
bris ⁊ qui inhitant in eo ſine lumi
ne. Quoniã lex tua incẽſa eſt ꝓpt
qd nemo ſcit que a te facta ſunt
vel que incipiẽt opa. Si enim in
ueni in te gr̃am immitte in me ſpi
ritũ ſanctũ ⁊ ſcribã oẽ qd factũ
eſt in ſeculo ab inicio q̃ erãt in le
ge tua ſcripta: ut poſſint hoĩes in
uenire ſemitã ⁊ qui voluerit viuẽ
in nouiſſimis viuãt. Et rñdit ad
me ⁊ dixit. Vadens ꝯgrega ꝑplm
⁊ dices ad eos ut nõ querant te
diebꝫ q̃draginta. Tu aũt p̄para
tibi buxos multos et accipe tecũ
ſareã dabriã. ſelemiã. echanũ.
⁊ aſiel. q̃nqꝫ hos qui parati ſũt ad
ſcribẽdũ velociter. Et venies huc
⁊ ego accendã in corde tuo lucer
nã intellcũs q̃ nõ extinguet̃ quo
adusqꝫ finiant̃ q̃ incipies ſcribe
re. Et tunc perfectis quedã palã
facies q̃dam ſapiẽtibꝰ abſconſe
trades. In craſtinũ enĩ hac hora

incipies ſcribere. Et pfectꝰ ſū ſic mī
precepit ⁊ ꝯgregaui oēm populū
⁊ dixi. Audi iſrl' verba hec. Pere
grinati ſūt pr̄es noſtri ab inicio ī
egipto ⁊ liberati ſūt inde: ⁊ accepe
runt legē vite quā nō cuſtodierūt
quam ⁊ vos poſt eos tranſgreſſi
eſtis ⁊ data eſt vobis terra ī ſor
tē ⁊ terra ſyon ⁊ pr̄es veſtri ⁊ vos
iniq̄tatē feciſtis ⁊ nō ſeruaſtis vi
as q̄s p̄cepit vobis altiſſimꝰ ⁊ iu
ſtꝰ iudex cū ſit: abſtulit a vobis ī
tpe q̄d donauerat. Et nūc vos hī
eſtis ⁊ fratres vr̄i introrſū veſtrū
ſunt. Si ergo imperaueritis ſenſui
vr̄o ⁊ erudieritis cor veſtrū viui
ꝯſeruati eritis ⁊ poſt mortē miaꝫ
ꝯſequemini. Judiciū eī poſt mor
tē veniet q̄n iterꝝ reuiuiſcemꝰ ⁊ tūc
iuſtorū noīa parebūt ⁊ impiorū
facta oſtēdentur. Ad me igit̄ nemo
accedat nūc neq̄ req̄rat me vſq̄
dies quadraginta. Et accepi quī
q̄ viros ſic mādauit mihi et pfe
ctꝰ ſumꝰ in campū ⁊ māſimꝰ ibi. Et
factꝰ ſū in craſtinū ⁊ ecce vox voca
uit me dicēs. Eſdra aperi os tuuꝫ
⁊ bibe quod te potauēo Et apui os
meū ⁊ ecce calix plenꝰ porrigebat̄
mihi. Hoc erat plenū ſicut aqua
color autē eius ut ignis ſimil̄. Et
accepi ⁊ bibi ⁊ in eo cū bibiſſem
cor meū cruciabat̄ intellectu ⁊ in
pectꝰ meū increſcebat ſapientia.
Nā ſpūs meꝰ ꝯſeruabatur memo
ria. Et apt̄ū ē os meū ⁊ nō ē clau
ſum ampliꝰ. Altiſſimꝰ dedit intel
lectū q̄nq̄ viris ⁊ ſcripſerunt que
dicebant̄ exceſſiones noctis q̄s nī
ſciebant. Nocte autem māduca
bāt panē. ego autē p diē loq̄bar
⁊ p noctē nō tacebaꝫ. Scripti ſunt
aūt p quadraginta dies libri du
cēti quatuor Et factū eſt cū ꝯpleuiſ
ſent quadraginta dies locutus ē
altiſſimꝰ dicēs. Priora q̄ ſcripſiſti
in palaꝫ pone ⁊ legāt digni et in
digni. nouiſſimos autē ſeptuagi
ta ꝯſeruabis: ut tradas eos ſapiē
tibꝰ de populo tuo In hiis eīn eſt
vena intellectꝰ ⁊ ſapiētie fons ⁊
ſciētie flumē. Et feci ſic. Ca. xv.
Ecce loq̄re in aures plebꝭ mee
ſmōes ꝓphecie quos immi
ſero in os tuū dicit dn̄s ⁊ fac ut ī
carta ſcribantur: q̄ñ fideles ⁊ veri
ſūt. Ne timeas a cogitacōibꝰ ad
uerſū te nec turbēt te incredulita
tes dicētiū: quoniā ōnis incredu
lus in incredulitate ſua morietur
Ecce ego induco dicit dn̄s ſuper
orbē terrarū mala. gladiū ⁊ famē
⁊ mortē ⁊ interitū: ꝓpter q̄d ſuper
polluit iniq̄tas ōnē terrā ⁊ adim
pleta ſunt opa nociua illoꝝ Pro
pterea dicit dn̄s. Jā nō ſilebo de ī
pietatibꝰ eoꝝ q̄ irreligioſe agūt:
nec ſuſtiebo in hiis q̄ inique exer
cēt. Ecce ſanguis innoxius ⁊ iuſtꝰ
clamat ad me ⁊ aīe iuſtorū cla
māt pſeuerant. Vindicās vindi
cabo illos dicit dn̄s: et accipiam
ōnem ſāguinē innoxiū ex illis ad
me. Ecce populus meꝰ q̄ſi grex ad
occiſioneꝫ ducit̄: iam nō paciar il
lū habitare in terra egipti. ſꝫ edu
cā eū in manu potētia ⁊ brachio ex
celſo. Et percutiam plaga ſicut p̄
us ⁊ corrumpam omnem terraꝫ
eius. Lugebit egiptus et funda
menta eius: plaga verberata ⁊ ca
ſtigacōne quas inducet ei deus.
Lugebunt cultores operātes ter
ram quoniā deficiēt ſemina coꝝ

ab vredine ⁊ grādine ⁊ a ſidere
terribili. Ve ſeculo ⁊ q̄ habitant
in eo: qꝛ appropinquit gladi⁹ ⁊ cō
tritio eoꝝ: ⁊ exurget gens ſup gē
tē ad pugnā ⁊ rūphea in manib;
eoꝝ. Erit eni in cōſtabilitio homi
nib⁹ ⁊ alij alijs inualeſcentes nō
curabūt regē ſuum ⁊ pn̄cipes vie
geſtorū ſuoꝝ in potētia ſua. Con
cupiſcet eni homo in ciuitatē ire ⁊
non poterit. Propter ſupbiā eni
eoꝝ ciuitates turbabūtur. dom⁹
exterentur. hoīes metuēt. Nō mi
ſerebit homo ꝓximū ſuū ad irritū
faciendū domos eoꝝ in gladiū
ad diripiendas ſbſtantias eorū
ꝓpter famē panis ⁊ tribulacōnē
multā. Ecce ego cōuoco dicit deus
ōnes reges terre ad me verendū
q̄ ſunt ab oriēte et ab auſtro. ab
euro ⁊ a libano ad ꝯuertēdos ī ſe
⁊ reddere q̄ dederūt illis. Sicut faci
unt vſq; hodie electis meis ſic fa
ciā ⁊ reddā in ſinu eorū. Hec dicit
dn̄s deus. Nō parcet dextera mea
ſup pctōres: nec ceſſabit rūphea
ſup effundētes ſāguinē innocuū
ſup terrā. Exijt ignis ab ira eius:
⁊ deuorauit fūdamēta terre ⁊ pec
catores quaſi ſtramē incenſū. Ve
eis q̄ peccant ⁊ nō obſeruāt man
data mea dicit dn̄s. Nō parcā illꝰ
Diſcedite filij a ptāte: nolite cōta
minare ſāficacōez meā: qm̄ nouit
dn̄s oēs qui delinquūt in illum.
Proptēa tradidit eos ī mortē et ī
occiſionē. Jam eni venerūt ſuper
orbē terrarū mala ⁊ manebitis ī
illis. Nō eni liberabit vos de⁹ ꝓpt
qd peccaſtis ī eū. Ecce viſio horribi
lis ⁊ facies illi⁹ ab oriēte. Et exiēt
nacōes draconū arabum in curri
b⁹ multis: ⁊ ſicut flatus eoꝝ nūe
ꝯfertur ſup terrā: ut iā timeant ⁊
trepidēt ōnes qui illos audient
carmonij īſanientes ī ira et exiēt
ut apri de ſilua. ⁊ aduenient ī vir
tute magna ⁊ ꝯſtabūt in pugnā
cū illis ⁊ vaſtabūt porciōez terre
aſſyrioꝝ. Et pt⁹ hec ſupualeſcent
dracones natiuitatis ſue memo
res ⁊ ꝯuertēt ſe ꝯſpirātes in v̄tute
magna ad perſequēdos eos. Iſti
turbabunt ⁊ ſilebunt in v̄tute illo
rū ⁊ ꝯuertēt pedes ſuos in fugā:
⁊ a territorio aſſyriorū ſubſeſſor
obſedebit eos ⁊ cōſumet vnū ex
illꝰ ⁊ erit timor ⁊ tremor in exerci
tu illoꝝ ⁊ cōtentio in reges ipſoꝝ
Ecce nubes ab oriente ⁊ a ſepten
triōe vſq; meridianū ⁊ facies ea
rū horrida valde plena ire ⁊ ꝓcel
le. Et collidēt ſe inuicem ⁊ collidēt
ſyd⁹ copioſū ſup terrā ⁊ ſyd⁹ illo
rum. Et erit ſāguis a gladio vſq;
ad ventrē: ⁊ ſim⁹ hoīs vſq; ad ſb
ſtramē cameli. Et erit timor ⁊ tre
mor multus ſup terrā ⁊ horrebūt
q̄ videbūt iram illā ⁊ tremor ap
prehendet illos. Et poſt hec moue
būtur nymbi copioſi a meridia
no ⁊ ſeptētrione ⁊ portio alia ab
occidēte. Et ſuperinualeſcēt venti
ab oriēte ⁊ recludēt eā ⁊ nubem
quā ſuſcitauit ī ira ⁊ ſyd⁹ ad faci
endā exterritacōem ad oriētalē
ventū ⁊ occidētem violabit. Et ex
altabūtur nubes magne et vali
de plene ire ⁊ ſydus ut exterreāt
ōnem terrā ⁊ inhitantes eā ⁊ in
fundēt ſup ōnem locū altū ⁊ emi
nētem ſyd⁹ terribile. ignē ⁊ gran
dinem ⁊ rūpheas volantes ⁊ aq̄s
multas ut eciā impleantur ōnes

cāpi ⁊ oēs riui pleitudine aq̄rum
multaꝝ. Et demoliet̄ ciuitates ⁊ mu
ros ⁊ mōtes colles ⁊ ligna ſiluaꝝ
⁊ fenū p̄toꝝ ⁊ frumēta eoꝝ. Et trā
ſibūt ꝯſtātes vſq; babilōez ⁊ ex
terrēt eā: ꝯuenient ad ipā ⁊ circuī
būt eā ⁊ effūdēt ſydꝰ ⁊ oēz irā ſup
eā. Et ſbibit puluis et fumꝰ vſq;
in celū ⁊ oēs in circuitu lugebunt
eā: ⁊ q̄ ſb ea remāſerint ſeruient
hijs q̄ exterruerīt. Et tu aſia ꝯſors
in ſpē babilōis ⁊ glīa pſōe eius:
ve tibi miſeā ꝓpt̄ qd̄ aſſimilaſti ei
⁊ ornaſti filias tuas in fornicacō
ne ad placēdū ⁊ gloriādū ī ama
toribꝰ tuis q̄ tecū cupierūt ſēp for
nicari. Odibilē imitata es ī oibꝰ o
pibꝫ eiꝰ ⁊ ī adiuēciōibꝰ eiꝰ ꝓptea
dic̄ deꝰ. Immittā tibi mala viduī
tatē pauptatē ⁊ famē ⁊ gladiū ⁊
peſtē ad deuaſtādas domos tuas
a violacōe ⁊ morte ⁊ gloria virtu
tis tue. Sic̄ flos ſiccabit̄ cū exurgꝫ
ardor q̄ emiſſus ē ſup te: infirībeis
ut paupcula plagata et caſtiga
ta a mulieribꝰ ut nō poſſunt te ſuſ
cipe potētes ⁊ amatorēs. Nunq̄d
ego ſic zelabo te dicit dn̄s niſi oc
cidiſſes electos meos in ōni tpe ex
altās pcuſſiōez manuū ⁊ dicēs ſu
p mortē eorū cū iebriata eēs exor
nāa ſpeciē vultꝰ tui. Merces forni
cacōis tue in ſinu tuo ꝓpt̄ hoc red
dicōez accipies. Sic̄ facis electis
meis dicit dn̄s. ſic faciet tibi deꝰ
⁊ tradet te in malū. Et nati tui fa
me interiēt ⁊ tu rūphea cades ⁊ ci
uitates tue ꝯterentur ⁊ oēs tui in
cāpo gladio cadēt. Et q̄ ſunt ī mō
tibꝰ fame pibūt et mādūcabunt
carnes ſuas ⁊ ſāguinē bibēt a fa
me panis ⁊ ſiti aq̄. Infelix per ma
ria venies ⁊ rurſuꝫ accipies mala
Et in trāſitu allidēt ciuitatē occiſā
⁊ exterrēt aliquā porcōem terre ⁊
partē glorie tue exterminabunt
rurſū reuertētes ꝯuerſā. Et demo
lita eris illis p ſtipula ⁊ ipſa erūt
tibi ignis ⁊ deuorābūt te ⁊ ciuitates
tuas terrā tuā ⁊ mōtes tuos: oēs
ſiluas tuas ⁊ lignū fructiferū igni
ꝯburēt. Filios tuos captiuos du
cēt ⁊ cenſū tuū in p̄dā habebunt et
gloriā faciei tue exterminabūt.

Ve tibi babilona Ca. xvi.
⁊ aſya: ve tibi egipte et ſyria.
Precīgite vos ſaccis ⁊ cilicijs et
plangite filios vr̄os ⁊ dolete qm̄
appropinq̄uit ꝯtritio vr̄a. Immiſ
ſus eſt vobis gladiꝰ ⁊ quis ē qui
auertat illū. Immiſſus ē in vob ig
nis ⁊ q̄s eſt q̄ extinguat illū. Im
miſſa ſūt vob mala ⁊ q̄s eſt q̄ re
pellat ea. Nūquid repellet aliq̄s
leonē eſurientē in ſiluia aut extin
guet ignem in ſtipula mox quā
do ceperit ardere. Nunq̄d repellet
aliquis ſagittā a ſagittario for
ti miſſā. Dn̄s fortis immittit ma
la ⁊ quis eſt qui repellat ea. Exijt
ignis ex iracūdia eius ⁊ quis eſt
qui extinguat eum. Choruſcabit
⁊ quis non timebit. Tonabit ⁊
quis nō pauebit. Dominus cō
minabitur ⁊ q̄s nō funditus ꝯte
ret̄ a facie ipſiꝰ. Terra tremuit ⁊
fūdamenta eiꝰ mare fluctuat de p
fūdo ⁊ fluctꝰ eiꝰ diſturbabūtur ⁊
piſces eiꝰ. a facie dn̄i ⁊ a glīa vtu
tis eiꝰ: qm̄ fortis dextera eius q̄ ar
cū tēdit: ſagitte eiꝰ acute q̄ ab ip
ſo mittūt̄ n̄ deficiēt cū ceperit mit
ti ī fines t̄re. Ecce mittūtur mala ⁊
n̄ reuertētur donec veniāt ſup t̄rā

Ignis ſuccēditur ⁊ nō extinguet̄
donec ꝯſumat fundamēta terre.
Queādmoḋ nō redit ſagitta miſ
ſa a valido ſagittario: ſicut nō re
uertētur mala q̄ miſſa fuerint in
traꝫ. Ve mihi. ve mihi. Quis me
liberabit in illis diebꝰ. Inicīū do
loruꝫ ⁊ multi gemitus. inicium fa
mis ⁊ multi interitus. inicīū bello
rum ⁊ formidabūt poteſtates. ini
ciū maloꝝ ⁊ trepidabūt ōnes In
hijs quid faciaꝫ cū venerint ma
la. Ecce fames ⁊ plaga ⁊ tribula
cō et āguſtia miſſa ſūt flagella ī
emēdacōe ⁊ in hijs ōibꝰ ſe n̄ cō
uertēt ab iniquitatibꝰ ſuis: neqꝫ
flagelloꝝ memores erūt ſemper.
Ecce erit ānone vilitas ſup terrā
ſic ut putent ſibi eē directā pacē:
⁊ tūc germinabūt mala ſup terrā
gladiꝰ fames ⁊ mag̃ cōfuſio. A
fame ei plurimi q̄ inhitant terrā
interient ⁊ gladiꝰ ꝑdet ceteros q̄
ſupauerint a fame ⁊ mortui ſicut
ſtercora ꝓicientur ⁊ nō erit q̄ ꝯſo
letur eos. Derelinq̄tur eni terra de
ſerta ⁊ ciuitates eiꝰ deicient̄. Non
derelinq̄tur qui colat terraꝫ ⁊ qui
ſeminet eā. Ligna dabūt fructꝰ
⁊ q̄s vindemiabit illa. Vua ma
tura fiet ⁊ q̄s calcabit illaꝫ. Erit
eni locis magna deſertio Cupiet
enim hō hominē videre vel vocem
eiꝰ audire. Relinqn̄tur eni de ciui
tate decē ⁊ duo de agro qui abſcō
derint ſe in denſis nemoribꝰ ⁊ ſciſ
ſuris petrāū: queādmodū derelin
quūtur in oliueto ⁊ ſingulis arbo
ribus tres aut quatuor oliue aut
ſicut in vinea vindemiata racemi
reliquūtur ab hijs q̄ diligēter vi
neaꝫ ſcrutant̄: ſic relinquētur ī di
ebꝰ illis tres aut q̄tuor ſcrutātibꝰ
domos eoꝝ in rūphea. Et relinq̄t
terra deſerta ⁊ agri eiꝰ inueterabūt
⁊ vie eiꝰ ⁊ ōnes ſemite eius germi
nabunt ſpinas eo ꝙ nō tranſiet
hoīes per eam. Lugebūt virgines
nō habētes ſpōſos. lugebunt mu
lieres nō habētes viros. lugebūt
filie earū non hn̄tes adiutorium
ſpōſi earum. In bello ꝯſumētur ⁊
viri earū in fame exterent̄. Audi
te vero iſta ⁊ cognoſcite ea ſerui
domini. Ecce verbū dn̄i excipite il
lud ne dijs credatis de q̄bus dic̄
dn̄s. Ecce appropinquāt mala et
nō tardāt Queādmodū pregnās
cū parit ī nono menſe filiū ſuum
appropīquante hora partus eius
an̄ horās duas vel tres dolores cir
cueunt ventreꝫ eius ⁊ ꝓdeunte īfā
te de ventre nō tardabūt vno pū
cto: ſic nō morabūtur mala ad ꝓ
deundū ſup terrā ⁊ ſeculū gemet
⁊ dolores circūtenebūt illud. Au
dite verbum plebs mea. Parate
vos in pugnaꝫ ⁊ in malis: ſic eſto
te quaſi aduene terre. Qui vēdit
quaſi qui fugiat ⁊ q̄ emit quaſi q̄
ꝑditurus. qui mercatur q̄ſi q̄ fru
ctum nō capiat et q̄ edificat qua
ſi non habitaturꝰ Qui ſeminat q̄
ſi qui non metet ſic ⁊ qui vineaꝫ
putat quaſi nō vīdemiaturꝰ Qui
nubunt ſic quaſi filios nō facturi
⁊ qui nō nubunt ſic quaſi vidui
ꝓpter qḋ qui laborant ſine cauſa
laborāt. Fructꝰ eni illoꝝ alienige
ne metēt ⁊ ſbſtantiā illorum rapi
ent ⁊ domos euertēt ⁊ filios eo
rum captiuabūt. quia in captiui
tate ⁊ fame generāt natos ſuos.
Et qui negociant̄ ī rapina quātū

diu exornāt ciuitates ⁊ domos ſu
as ⁊ poſſeſſiões ⁊ ꝑſonas ſuas:
tantomagis adzelabor eos ſuper
pctā ſua dicit dñs. Quõ zelat̄ for
nicaria mulierē ydoneā ⁊ bonam
valde: ſic zelabitur iuſticia iniq̄ta
tem cū exornat ſe ⁊ accuſat eam ī
facie cū venerit qui defēdat exq̄rē
tem õne pctīn ſup terrā. Propte
rea nolite ſimilari ei nec opibꝫ eiꝰ
quoniā adhuc puſillū ⁊ tolletur
iniquitas a terra ⁊ iuſticia regna
bit in vos. Nõ dicat peccator ſe n̄
peccaſſe: quoniā carbones ignis
cõburet ſup caput eiꝰ q̇ dicit nõ
peccaui corā dō ⁊ gloria ipſiꝰ. Ecce
dñs ꝯgnoſcꝫ õnia opa hominuꝫ
⁊ adinuencões illoꝝ ⁊ cogitacões
illoꝝ ⁊ corda illorū. Dixit enī fiat
terra ⁊ facta eſt: fiat celū ⁊ factū ē
Et in verbo illiꝰ ſtelle fundate ſūt
⁊ nouit numerū ſtellarū. Qui ſcru
tatur abiſſum ⁊ theſauros illarū
q̇ menſus ē mare ⁊ ꝯceptum eius
Qui ꝯcluſit mare in medio aqua
rū ⁊ ſuſpendit terrā ſup aquas v̇
bo ſuo. Qui extēdit celum quaſi ca
merā ſup aquas fundauit eum.
Qui poſuit in deſerto fõtes aq̄ruꝫ
⁊ ſup verticē montium lacus ad
emittēdū flumina ab eminēti pe
tra ut portaret terrā. Qui finxit ho
minē ⁊ poſuit cor ſuū in medio cor
pís ⁊ miſit ei ſpiritū vitā ⁊ intelle
ctū ⁊ ſpiramē dei õnipotētis q̇ fe
cit õnia ⁊ ſcrutinat õnia abſcõſa
in abſconſis terre. Hic nouit ad
inuencionē veſtrā ⁊ q̇ cogitatis
in cordibꝰ vr̄is peccātes ⁊ volētes
occultare pctā veſtra. Propt̄ qd̄
dominus ſcrutinādo ſcrutinauit
õnia opera veſtra ⁊ traducet vos
õnes ⁊ vos cõfuſi eritis cū ꝓceſſe
rint peccata vr̄a corā hominibꝰ ⁊
iniquitates erūt que accuſatorēs
ſtabūt in die illo. Quid facietis:
aut quomõ abſcõdetis pctā vr̄a
corā dō ⁊ angelis eius. Ecce index
deus: timete eum. Deſinite a pecca
tis veſtris ⁊ obliuiſcamini iniq̄ta
tes veſtras iam agere eas in ſepi
terno ⁊ deꝰ educet vos ⁊ liberabit
de õni tribulacõe. Ecce enī incēdi
tur ardor ſup vos turbe copioſe ⁊
rapient quoſdā ex vobis ⁊ ciba
bunt ydolis occiſos ⁊ qui conſen
ſerint eis erūt illis in deriſum ⁊ in
improperiū ⁊ in conculcacõeꝫ. Erit
enī locis locus ⁊ in vicinas ciuita
tes exurrectio multa ſup timētes
dominū. Erūt quaſi inſani nemini
parcētes ad diripiendū ⁊ deuaſtā
dum adhuc timentes dominū. quia
deuaſtabūt ⁊ diripient ſbās ⁊ de
domibꝰ ſuis eos eiciēt. Tūc pare
bit ꝓbacio electorū meorū: ut au
rū qd̄ ꝓbat̄ ab igne. Audite dile
cti mei dicit dominus. Ecce aſſunt
dies tribulacõnis ⁊ de hijs libera
bo vos. Ne timeatis nec heſitetis:
quoniā deꝰ dux veſter ē. Et qui ſer
uat mandata ⁊ precepta mea di
cit dominꝰ deus: ne preponderent
vos peccata veſtra: ne ſupeleuent
ſe iniquitates veſtre. Ve qui con
ſtringūtur a pctīs ſuis ⁊ obtegū
tur ab iniquitatibus ſuis: queād
modū ager conſtringitur a ſilua
et ſpinis tegitur ſemita eius per
quam non tranſit homo ⁊ exclu
ditur ⁊ mittitur ad deuoracõem
ignis .:.

Explicit liber eſdre quartus .:.